# JANUARY 19, STS. MARIUS, MARTHA, AUDIFAX, & ABACHUM – MARTYRS

Errors? help@extraordinaryform.org

This group of Persian martyrs, consisted of a husband, wife, and two sons. The men were beheaded and their bodies burnt. Martha was killed and her body thrown into a well. They came to Rome under the Emperor Claudius II and visited Christians cast into prison, and buried the slain. The Mass for their feast is very ancient and in excellent liturgical form.

**INTROIT Ecclesiasticus. 44: 15,14; Psalms 32: 1**

Justi epuléntur, et exúltent in conspéctu Dei, et delecténtur in lætítia. (Ps) Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant qui odérunt eum, fácie ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Justi epuléntur, et exúltent in conspéctu Dei, et delecténtur in lætítia.

Let the just feast and rejoice before God, and be delighted with gladness. (Ps) Let God arise, and let HIs enemies be scattered: and let them that hate Him flee from before His face. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let the just feast and rejoice before God, and be delighted with gladness.

**COLLECTS**

Exáudi, Dómine, pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocínio supplicántem: ut et temporális vitæ nos tríbuas pace gaudére; et ætérnæ reperíre subsídium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Give ear, O Lord, to Thy people when with Thy Saints as advocates we humbly pray: that Thou wouldst grant us in our present life joy and peace and growth of life eternal. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*For St. Canute*

Deus, quid ad illustrándam Ecclésiam tuam, beátum Canútum regem mártyrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátur es: concéde propítius; ut, sicut ipse Domíncæ passiónis imitátor fuit, ita nos per ejus vestígia gradiéntes, ad gáudia sempitérna perceníre mereámur. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

*For St. Canute*

O God, Who, for the greater glory of Thy Church, wast pleased to adorn blessed Canute the king with the palm of martyrdom and with glorious miracles: mercifully grant that walking in the footsteps of him who followed our Lord in His sufferings, we may deserve to attain eternal joys. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**EPISTLE Hebrews 10: 32-38**

Fratres: Rememorámini pristínos deis, in quibus illumináti, magnum certámen sustinuístis passiónum: et in altéro quidem oppróbriis, et tribulatiónibus spectáculum facti: in altéro autem sócii talíter conversántium efécti. Nam et vinctis compássi estis, et rapínam bonórum vestrórum cum gáudio suscenpístis, cognoscénte vos habére meliórem, et manéntem substántiam. Nolíte ítaque amíttere confidéntiam vestram, quæ magnam habet remuneratiónem. Patiéntes enim vobis necessária est: ut voluntátem Dei faciéntes reportétis promissiónem. Adhuc enim módicum aliquántulum, qui ventúrus est, véniet, et non tardábit. Justus autem meus ex fide vivit.

Brethren, call to mind the former days, wherein, being illuminated, you endured a great fight of afflictions. And on the one hand indeed, by reproaches and tribulations, were made a gazingstock; and on the other, became companions of them that were used in such sort. For you both had compassion on them that were in bands, and took with joy the being stripped of your own goods, knowing that you have a better and a lasting substance. Do not therefore lose your confidence, which hath a great reward. For patience is necessary for you; that, doing the will of God, you may receive the promise. For yet a little and a very little while, and he that is to come, will come, and will not delay. But my just man liveth by faith; but if he withdraw himself, he shall not please my soul.

**GRADUAL Wisdom 3: 1,2,3**

Justórum autem ánimæ in manu Dei sunt et non tanget illos torméntum mortis. Visi sunt in óculis insipiéntium mori et æstimáta est adflíctio exítus illórum. et quod a nobis est iter extérminii: illi autem sunt in pace

The souls of the just are in the hands of God, and the torment of death shall not touch them. In the sight of the unwise they seemed to die: but they are in peace.

*(After Septuagesima the Alleluia is omitted and the Tract is said instead.)*

**LESSER ALLELUIA Psalms 67: 36**

Allelúja, allelúja. Mirábilis Deus noster in sanctis suis. Allelúja.

Alleluia, alleluia. God is wonderful in His Saints. Alleluia.

**TRACT Psalms 125: 5-6.**

Qui séminant in lácrimis, in gáudio metent. Eúntes ibant et flébant, mitténtes semina sua. Veniéntes autem vénient cum exsultatióne, portántes manípulos suos.

They that sow in tears shall reap in joy. Going they went and wept casting their seeds. But coming they shall come with joyfulness carrying their sheaves.

**GOSPEL Matthew 24: 3-13**

In illo témpore: Sedénte Jesu super montem Olivéti accessérunt ad eum discípuli secréto, dicéntes: Dic nobis quando hæc erunt et quod signum advéntus tui et consummatiónis sǽculi? et respóndens Jesus dixit eis: Vidéte ne quis vos sedúcat. Multi enim vénient in nómine meo, dicéntes: Ego sum Christus: et multos sedúcent. Auditúri autem estis prœ´lia et opiniónes prœliórum. Vidéte ne turbémini. Opórtet enim hæc fíeri sed nondum est finis. Consúrget enim gens in gentem, et regnum in regnum, et erunt pestiléntiæ, et fames, et terræmótus per loca. Hæc autem ómnia inítia sunt dolórum. Tunc tradent vos in tribulatiónem, et occídent vos: et éritis ódio ómnibus géntibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabúntur multi, et ínvicem tradent, et ódio habeébunt ínvicem. Et multi pseudoprophétæ surgent, et sedúcent multos. Et quóniam abundábit iníquitas refrigéscet cáritas multórum. Qui autem permanserit usque in finem hic salvus erit.

At that time: As Jesus was sitting on mount Olivet, the disciples came to him privately, saying: Tell us when shall these things be? and what shall be the sign of thy coming, and of the consummation of the world? And Jesus answering, said to them: Take heed that no man seduce you: For many will come in my name saying, I am Christ: and they will seduce many. And you shall hear of wars and rumors of wars. See that ye be not troubled. For these things must come to pass, but the end is not yet. For nation shall rise against nation, and kingdom against kingdom; and there shall be pestilences, and famines, and earthquakes in places: Now all these are the beginnings of sorrows. Then shall they deliver you up to be afflicted, and shall put you to death: and you shall be hated by all nations for my name's sake. And then shall many be scandalized: and shall betray one another: and shall hate one another. And many false prophets shall rise, and shall seduce many. And because iniquity hath abounded, the charity of many shall grow cold. But he that shall persevere to the end, he shall be saved.

**OFFERTORY Psalms 123: 7**

Ánima nostra sicut passererépta est de láqueo venántium: láqueus contritus est et nos liberáti sumus.

Our soul hath been delivered as a sparrow out of the snare of the fowlers: the snare is broken, and we are delivered.

**SECRETS**

Preces, Dómine, tuórum réspice, oblationésque fidélium: ut et tibi grata sint protuórum festivitáte Sanctórum, et nobis conférant tuæ propitiatiónis auxilium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O Lord, having regard to the prayers and offerings of Thy faithful people: that they may be pleasing to Thee on the feast day of Thy Saints, and obtain for us Thine indulgent aid. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*For St. Canute*

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio et ejus nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cujus solemnitáte defértur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

*For St. Canute*

May our offering be acceptable in Thy sight, O Lord, and may it benefit us by the prayer of him on whose feast it is offered. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**COMMUNION Mark 10: 27**

Dico autem vobis ámicis meis: ne terrémini ab his qui vos persequúntur.

But I say to you, my friends: be not afraid of those who persecute you.

**POSTCOMMUNIONS**

Sanctórum tuórum, Dómine, intercessióne placátus: præsta, quǽsumus; ut, quæ temporáli celebrámus actióne, perpétua salvatióne capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Be appeased, O Lord, by the intercession of Thy Saints and grant, we beseech Thee, that we may retain the fruits of this present Sacrifice unto eternal salvation. Through the same Jesus Christ, Thy Son, our Lord, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*For St. Canute*

Reféci participatióne munéris sacri, quǽsumus, Domine, Deus noster: ut, cugus exsequimur cultum, intercedénte beáto Canúto, Mártyre tuo sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

*For St. Canute*

Refreshed by partaking of Thy sacred Gift, we beseech thee, O Lord, our God, that through the intercession of blessed Canute, Thy Martyr, we may perceive the fruit of the rite which we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.